



Bodleian Libraries

UNIVERSITY OF OXFORD

This book is part of the collection held by the Bodleian Libraries and scanned by Google, Inc. for the Google Books Library Project.

For more information see:


<http://www.bodleian.ox.ac.uk/dbooks>




This work is licensed under a Creative Commons Attribution-NonCommercial-ShareAlike 2.0 UK: England & Wales (CC BY-NC-SA 2.0) licence.




3
80 B. R. 10.











B I O N I S
ET
M O S C H I
RELIQVIAE

EX
RECENSIONE VALCKENARII
C V M
V A R I E T A T E L E C T I O N I S
E D I D I T
FRIDERICVS IACOBS.

Accedunt
Animadversiones in Carmina Theocriti.

GOTHAË,
SVMTIBVS C. W. ETTINGERI.
AMSTELODAMI,
APVD I. ST. VAN ESVELDT HOLTROP ET SOC.
1795.

B I O N I S

ET

M C S C H I

REICTIONE

EX

REICTIONE

ET

VALENTIAE REICTIONE

REICTIONE

REICTIONE



Acce

REICTIONE

REICTIONE

REICTIONE

REICTIONE

REICTIONE

REICTIONE

Carminum Theocriteorum lectione finita, cum Bionis et Moschi reliquias a discipulis, curae meae traditis, legi et explicari cuperem, ut quantum intersit inter illius nativam pulcritudinem et horum paulo longius arcessitum fucum, intelligerent, cumque illorum poetarum editionem et parvo parabilem et emendate expressam circumspicerem, nulla earum quae extant consilio meo tironumque usibus satis videbatur accommodata. Ea enim, quam Harlesii, Viri clarissimi, debemus diligentiae, multis eruditionis copiis instructam, propter hanc ipsam notarum abundantiam discipulis tradenda non erat, qui ubi ex criticis commentariis sapere discunt, parum plerumque aut nihil sapiunt. Novissimus vero Bionis et Moschi editor in recensendis horum poetarum carminibus ita versatus est, ut equidem, quod meum est ingenium, criticas ejus rationes minime probare, nedum aliis tanquam exemplum quod sequantur, proponere

possem. Quae cum ita essent, auctor fui redemptori, viro honestissimo, ut utriusque poëtae reliquias in scholarum usum repetendas curaret; isque facile annuit. Sequutus sum textum a Valckenario ad criticas rationes optime constitutum. Codicum lectiones et praestantissimas doctorum virorum de corruptis locis, qui plurimi sunt in his carminibus, conjecturas textui subieci. Subinde meas qualescunque conjecturas interspersi. Textus et notae ne typographorum foedarentur mendis, omnem curam adhibui.

Finem praefandi quominus hic faciam, vetat Theocritus, tertius carminis bucolici auctor, tempore et honore primus. Cujus poëtae Epyllis et explicandis et emendandis si, hanc oportunitatem nactus, aliquot paginas impenderim, non mihi verendum puto, ne in eorum reprehensionem incurram, quibus haec Bionis et Moschi editio in manus ventura sit. Debere mihi hoc Syracusani poëtae Manibus visus sum, ut eos errorum meorum veniam petam, et quae olim peccaverim, cum melioribus, si fieri possit, permutem. Difficilem tamen esse et lubricam in hoc poëta criticam meamet ipse experientia edoctus scio, et alii experti sunt, et nuper admodum vir et acri ingenio et eruditione haud contemnenda instructus, qui cum omnes Theocriti interpretes prae se contemneret, pecca-

ta tamen, quae in aliis acriter exagitavit, ipse vitare non potuit. Quod si ex iis emendationibus, quas jam prolaturus sum, vix una et altera doctorum virorum iudicio comprobata fuerit, haud mirabor equidem neque aegre feram, ubi id mihi contigerit, quod viris et doctrina et acumine longe me praestantioribus contigisse scio.

In primo igitur *Theocriti* Eidyllio cum alia loca sunt corruptelae suspicioni obnoxia, tum praesertim illud carmen, unde totum Eidyllum nomen duxit, Daphnidis celeberrimi inter pastores Siculos morbum mortemque celebrans, multas habet difficultates. Quarum haud scio an plurimae ex historiae, cui totum hoc carmen tanquam fundamento superstructum est, ignorantia originem ducant; cum nimirum in eo nulla sit explanata rerum narratio, neque, unde ortae sint Daphnidis molestiae, satis diserta, ut in lyrico carmine, expositio. Circumspicientibus igitur *Theocriti* enarratoribus disertam aliquam et explicatam huius fabulae historiam, repertus quidem est inter veteres Grammaticos unus et alter, qui Daphnidis amores exponeret; quum tamen omnes in diversa abeant, neque ullus eorum satis amice conspiret cum *Theocrito*, non fieri potest, quin, instituta eorum cum carmine nostro comparatione, incertior abeas, quam ve-

neris. Relictis itaque et sepositis *Diodori, Aeliani, Parthenii* et *Servii* fabulis, agedum videamus, quae ex ipso Thyrsidis carmine prodeant, quibusque adeo ad difficiliore*s* ejus locos cum explicandos tum emendandos, tanquam certis et indubitatis, uti possis. Primum igitur, quod facile omnes intelligimus, hoc est, Daphnidem puellae, nescio cujus, amore correptum praemature obiisse fato. Debat hoc Veneris irae atque insidiis; nec dubitari potest, lecto versu 97. quin Dea in juvene, qui amoris a se impotentiam superatum iri jactaverat, numen suum demonstrare voluerit. Verum Daphnis, quamvis ardentissimi amoris flamma consumtus, ne tum quidem amor*i* cedere voluit. (v. 103. Δάφνις κείν' αἶδά καιὸν ἔσσεται ἄλγος ἔρωτος.) Itaque affectus, quo tabescebat, (cujusque eum signa dedisse satis manifesta apparet ex v. 86. sqq.) violentiam silentio premens, ad inferos abiit, Vener*e* ipsa invita; quae eum tamen frustra in vitam revocare studuit. Daphnidem puellam aliquam perdit*e*, sed frustra amantem, noverat is, qui multa in fabulis habet nusquam alibi lecta, Nonnus in Dionys. XV. 307.

Ἐ πόσα Δάφνις αἶδειν ὁ βώκολος' ἀμφὶ δὲ μολπῇ
 Παρθένος ἀστιβέσσιν ἐκέυθετο μᾶλλον ἐρίπναις,
 Ποιμενίης Φεύγσα βοῆς μέλος.

v

Ex iis quae huc usque disputavimus, statim intelligitur, nihil esse, quod mireris cum *D. Heinsio*, quomodo v. 84 — 86. (ἀδέ τε κώρα Πᾶσαν ἀνὰ κράναν, πάντ' ἄλσεα ποσσὶ Φορεῖται Ζαλοῖς.) ea, quam *Daphnis* offenderat, ipsum dicitur ζητεῖν. Quod enim pro certo ponebat *Heinsius*, puellam, quae hoc loco commemoratur, *Echenaidem* esse illam, cujus *Parthenius* π. Ε. Π. ε. XXIX. ex *Timaeo* mentionem fecit, id incertissimum est. Nititur tamen hoc *Danielis Heinsii* ex praejudicata opinione concepto iudicio, conjectura *Hemsterhusii* — Φορεῖται Ζαλοῖς· ᾧ — quam, ut in his tenebris, verisimilitudine non destitutam, probavit et in textum recepit, qui raro aliquid temere molitur, *Valckenavius*. Servanda est, si quid iudico, vulgata scriptura, quam minime absurde interpretatus est vetus enarrator — ζητᾷσα γὰρ ἡ νύμφη περιέρχεται παρηγορησάμενη θέλων τᾷτο Φησὶ πρὸς αὐτόν. *Daphnidis consolandi causa Priapus hoc finxisse putandus est.* Tum ea quoque, quae sequuntur, *Priapi* verba existimanda sunt, cujus ingenio et indoli ita conveniunt, ut mirari subeat, quomodo aliis aliter visum sit. *Daphnidis* tristitiam ex suis ipsius moribus interpretatur libidinosus hortorum *Deus*. — Praeter *Priapum* *Mercurius* *Daphnidem* amatorio morbo affectum accedit — ἢ ὡς φίλος Δάφνιδος ἢ ὡς ἐραστῆς. Scholiaste monente;
recte

recte forsitan; sed alia superest causa, minus animadverta, et haud scio an verior. Erat Mercurius ex Diis agrestibus, (ἀπ' ὄρεος descendit, ex silvis h. e. pascuis), cui proinde curae erat pastor Daphnis. Ap. *Leonidam Tar.* Ep. XXVII. τὰν αἰγᾶν ὁ νόμευς Μόριχος τὸν ἐπίσκοπον Ἑρμῶν Ἑστᾶσ' αἰπολίῳν εὐδόκιμον Φίλακκα. Phorbantis Trojani greges Mercurii cura mirum in modum auctos narrat *Homer.* Il. E. 490. quo loco *Pausanias* utitur L. II, 3. p. 117. ubi Mercurii signum, ariete adstante, describit. Adde *Hermocr.* Epigr. II, in *Anal.* V. P. T. II. p. 252. et *Arnaldum de Diis* affest. p. 137. — Recte notavit *Valckenarius* in v. 109.

ὠραιὸς χ' Ἄδωνις ἐπεὶ καὶ μᾶλα νομεύει
καὶ πτωκᾶς βάλλει καὶ θήρια πάντα διώκει

Toupio corrigere tentanti — ὠρειὸς χ' Ἄδωνις — non obversatum esse versum *Virgilii* Ecl. X. 18, *Et formosus oves ad flumina pavit Adonis*; idem tamen *Theocriteum* aliquid in hoc versu desiderari fatetur. Id ipsum *Reiskius* sensit, cuius hic emendationes prostant, minime probandae. Certe vulgata lectio — ἐπεὶ καὶ μᾶλα νομεύει, pro vera haberi nequit, quippe quae sensum efficiat aut nullum aut ineptum. *Adonis quoque formosus est* — quoniam greges pascit. Comparantibus versum *Virgilianum* — *Et formosus oves ad FLV-*
MINA

MINA pavit *Adonis* verisimilis videbitur emendatio nostra:

ὠραῖος χ' ὠδῶνις ἐπ' ὄχθαις μᾶλα νομεύει
 quae etiam ad vulgatae scripturae ductus prope
 accedit. Ceterum sic locutus est sive *Theocritus*
 sive quis alius auctor est carminis inter *Theocri-*
tea XXV. 9. de Augiae gregibus:

ἀλλ' αἱ μὲν ῥα νέμονται ἐπ' ὄχθαις ἀμφ'
 Ἐλισῆντος.

Eodem sensu, verbis diversis *Apollon. Rhod. II.*
 655. εἰδὲ οἱ ὕβρις ἠνδανεν, ἀλλ' ἐθελήματος ἐφ' ὕδα-
 σε πατρὸς εἰοῖο Μήτηρι συναίεσκεν ἐπ' ἀκτῖα πώεα
 φέρβων. Quo versu lecto erunt fortasse, qui
 ap. *Theocritum*, non — ἐπ' ὄχθαις μᾶλα νομεύει
 sed potius ἐπάκτια μᾶλα νομεύει
 reponendum censent, quod mihi quoque non
 displiceret *) — Versu 136. ubi *Daphnis* jam-
 jam moriturus se non recusare ait, quin omnia
 praepostera fiant — κῆξ ὀρέων τοῖ σκῶπες ἀηδόσι
 γαρύσαντο (quae cum reliquis hujus loci expres-
 sit *Virgil. Ecl. VIII. 52. — Certent et cypnis ulu-*
lae.) dubitari potest, an genuina sit scriptura —
 ἀηδόσι γαρύσαντο; neque puto, Scholiasten ver-
 bum γηρύειν alio praeterea loco legisse eo sensu,
 quem

*) In eandem fere conjecturam incidisse cl. *Eichstaedt*,
 ἐπ' ἀκτῖα μᾶλα νομεύει legendum suspicantem, intel-
 lexi ex *Heinrich Observatt. crit. p. 60.* ubi ingeniosae
 quaedam conjecturae expromuntur.

quem ei tribuit; γαρεύσαντο, ἀντὶ τᾶ εἰς ἔριν Φω-
νῆς ἐλθέτωσαν. Elegans prostat de hoc loco con-
jectura Augusti Matthias. V. CL. in Observatio-
nibus criticis p. 43.

κῆξ ὀρέων τοι σκῶπες ἀηδόσι δαρίσαντο.
sive potius — δηρίσαντο. Nam δᾶρις et δαρίειν
ap. Dorientes in usu fuisse, dubito. Grammati-
cus quidam, cujus epigramma est in *Palladae*
gloriam in Anal. V. P. T. III. p. 250. CCCCLXVIII,
hoc ipsum verbum — δηρίσαντο, in cod. suo
legisse videri possit:

Εἰ κύκνω δύναται κόρυδος παραπλήσιον ἄδειν,
τολμῶεν δ' ἐρίσαι σκῶπες ἀηδονίσιν,
εἰ κόκκυξ τέπτιγος ἐρεῖ λιγυρώτερος εἶναι,
ἴσα ποιεῖν καὶ ἐγὼ Παλλαδίῳ δύναμαι.

Qui ut secundum versum ex primo hoc Eidyllio
transsumit, ita totum hunc ingenii sui foetum
Theocrito debet, cujus haec sunt Eid. VII. 39.
ἔ γάρ πω, κατ' ἐμὸν νόον, ἔτε τὸν ἐσθλὸν Σικελί-
δαν νίκημι τὸν ἐκ Σάμω, ἔτε Φιλητᾶν Ἀειδων.
βαίτραχος δέ ποτ' ἀκρίδας ὡς τις ἐρίσσω. nam ne-
que adhuc *Varo* videor, neque dicere *Cinna* digna,
sed argutos inter strepere anser oloves. *Virgil.* Ecl.
IX. 35. sq. — Ex secundo Eidyllio, ceteris omissis,
unum locum mihi tractandum sumam. *Simae-
tha*, cui in hoc carmine mimico veneficae partes
a poëta tributae sunt, aerumnarum suarum cau-
sis diserte expolitis, perfido *Delphidi* gravissima
quae-

quaeque minatur, nisi ad pristinam amoris consuetudinem redeat — τὰν Αἶδαο πύλαν, γαί Μοίρας, ἀραξῆϊ. Tum ad Lunam conversa — Iam vale, inquit, Diva, et equos flectere perge ποτὶ ὠκεανὸν τρέπε πώλῃς

Πότνι' ἐγὼ δ' οἰσῶ τὸν ἐμὸν πόνον, ὥσπερ ὑπέσταν. Berglero, hunc versum cum Alciphrone comparanti I. XXVII, p. 112. ἐγὼ δὲ οἰσῶ βαρέως μὲν, οἰσῶ δὲ ὁμῶς τὴν ἀτιμίαν: et vertenti: *ego vero feram meum dolorem, ut suscepi*. recte oblocutus est Valckenarius, qui vulgatae lectioni hunc tribuit sensum: *meum ego feram dolorem, ut promisi*. At nihil ejusmodi promiserat mulier irae et libidinis impotentissimae. Mortem potius Delphidi erat minata; et hoc illud est, ni fallor, quod se promissile ait, quodque effectura est, nisi prius ad amplexus suos redeuntem viderit — βαρὺν εὖντα φίλον — ἄνδρα. In his quomodo locum inveniant commodum verba — οἰσῶ πόνον, equidem non intelligo. Minima mutatione scripserim:

ἐγὼ δ' ἀνύσω τὸν ἐμὸν πόνον, ὥσπερ ὑπέσταν. *equidem laborem a me susceptum ita perficiam et absolvam, ut promisi*. Quae minarum est repetitio et renovatio. Neque πόνος in hac verborum structura *aerumnas amatorias* sive *ab amore profectas*, quo sensu hoc vocabulum a Theocrito nusquam usurpatur (μερίμναι pro eo usurpat XV.

52. et ἄλγος I. 19. V. 20,) significat, sed operam potius sacro magico adhibitam — ἀνύσω πόνον, quod prima syllaba forte omissa, in οἰσω mutarunt librarii, sic positum est, ut Eid. I. 93. ἄνυε πικρὸν ἔρωτα καὶ εἰς τέλος ἄνυε μοίρας. XXI, 52. ἦνυσ' ἰδὼν τὸν ἀεθλον. Eurip. Herc. Fur. 576. χαίρόντων πόνοι· Μάτην γὰρ αὐτὰς τῶνδ' ἀμαρτῶν (sic cum Reiskio corrige corruptum τῶνδε μάλλον) ἦνυσα. Rufinus Ep. XVIII. Anal. V. P. T. II. p. 394. τὸν πόνον ἠσθάνετο. "Ἦνυσα πολλὰ καμῶν. Herodot. I, 189. p. 89. ἦνετο μὲν τὸ ἔργον. h. e. ἠνύετο. quod ex glossemate in quibusdam codd. legitur. Vide *Wesseling*. Facit huc nonnihil etiam *Apollon*, *Rhod.* I. 412. Iason Apollinem invocans — ὃς μοι ΤΠΙΕΣΤΗΣ — ΑΝΥΣΙΝ καὶ πείραθ' ὄδοιο σημανέειν. — In *Eid.* IV. nondum vidi, qui versum undecimum tolerabiliter explicaret:

Πεῖσαί τοι Μίλων καὶ τῶς λύκος αὐτίκα λυσσῆν.
 Quae Scholiastae comminiscuntur, τὸ λυσσῆν ἴδιον τῶν κυνῶν, ut Milo adeo dicatur vel lupis persuasurus esse, ut *contra consuetudinem suam* in rabiem vertantur; eorum commentum est, qui meliora, quae afferrent, non habebant. Sensus quem dare debuit *Theocritus*, haud male declarant haec verba: ἢ ὅτε καὶ τὰς λύκας ἐκμήνη ἂν ὁ Μίλων, ὅπερ καὶ τὸν Αἴγωνα τὸν ἀγροῖκον ἐπὶ τὸν ἀγῶνα ἀποδύσαθα (fort. ἀποδημήσαμ) ἠνάγκασε.

μασε. Milonem persuadere potuisse Aegoni, rustico homini et palaestinae rudi, ut secum Olympiam proficisceretur, et ipse in gymniciis ludis fortunam tentaret, tam mirabile videbatur Batto, ut censeret, Milonem vel... in rabiem concitare posse. Hinc puto apparet, si scriptum sit:

πεισά τοι Μίλων καὶ τῷ λαγῶς αὐτίκα λυσσῆν.
 nihil esse, quod lectorem impediat. Vt enim τὸ λυσσῶν leporibus, sic rustico τὸ ἀγωνίζεσθαι convenit. Λαγῶς positum pro λαγῶς, derivatum a forma antiquiore ὁ λαγῶς, quam Ionicae dialecto soli peculiarem fuisse (v. Valck. ad Herodot. p. 251, 61.) dubitare licet. Ceterum syllabae ους in ος mutatae, in παροξυτόνοις et προπαροξυτόνοις multa exempla suppeditans Theocritus (cujus sunt παρθένος, κανθάρος, ἀμπέλος et alia) unum, idque controversum praebet, nominis ὄξυτόνα. Eid. X. 54. ubi Reiske cum Alda edidit: τῷ φακῶς ἔψεν. vulgo: τὸν φακὸν ἔψεν. Illam lectionem magis probat T. H. ad Arist. Plut. 192. Verum etiam in hoc verborum genere Dorienfes ος pro ς posuisse, aliunde constat. Gregorius Corinth. p. 147. τὰς αἰτιατικὰς πληθυντικὰς ἀρσενικὰς, τὰς εἰς οὐς λήγουσας, διὰ τῶ ος ἐκφέρουσι, τῷ καλῶς, τῷ σοφῶς, τῷ ἀνθρώπος, τῷ ἵππος. — In fine hujus Eidyllii, senis cujusdam, quem Aegonis patrem interpretes existimant, mentione injecta, Corydon, se illum nuper ἐπὶ αὐτῷ.

αὐτοφώρῳ deprehendisse ait, cum puellam oscu-
 laretur. V. 60. πρῶαν γε μὲν αὐτὸς ἐπενθῶν Καί
 ποτι τᾷ μάνδρῳ κατελάμβανον, ἄμος ἐνάργει.
 Cum continuanda sit oratio, haud paulo melius,
 puto, scribetur: — τᾷδ' ἐπὶ τᾷ μάνδρῳ. — Ele-
 gans est et vere Theocriteum drama illud, quod
Eidyllio sexto, inter duos pastores agitur, quo-
 rum alter Polyphemi partes sustinet, alter Polyphemo Galateam in undis lascivientem ostendit. In
 priore hujus dramatis parte plura sunt, quae le-
 ctorem morari possint. Dixi Galateam in undis
 lascivire; id quod apparet ex v. 14 quo Menalcas
 Cyclopem monet, ut caveat, ne canis puellam
 — ἐξ αἰλὸς ἐρχομένην dentibus laedat. Hinc, ex
fluctibus puta *litori leniter alluentibus*, Cyclopis
 gregem canemque *malis petit lasciva puella, quae
 se videri cupit*, Virgil. Ecl. III. 65. Quod si te-
 nemus, vix locum habebit quamvis elegans et
 copiose apud *Valckenavium* exornata conjectura
Hemsterhusii, qui cum sibi in vv. 11 et 12. nescio
 quid λαγαρόν et dissolutum animadvertisse vide-
 retur, emendare conatus est — τᾷ νιν κατὰ κύ-
 ματα σάινει — θέοισαν: Galatae per alludentes
 pedibus undas in litore decurrentis figuram ani-
 mo sibi fingens. Verum grammaticis quoque ra-
 tionibus haud scio an sit convenientius, haec
 omnia — αἰδὲ — δευρομένα — νιν φαίνει — θε-
 οισαν, quae se excipiunt, ad Polyphemi canem
 refer-

referre, quae in mare prospiciens latrat, suam nimirum (δὲ pro γὰρ positum) imaginem videns; idque adeo ex canum consuetudine, quam minus animadvertisse videtur vir longe doctissimus. Hunc locum fortasse in animo habuit *Paulus Silentiar.* Epigr. XXVI. σὴν γὰρ ἐμοὶ καὶ πόντος ἐπήρατον εἰκόνα φαίνει. — Sed in his quoque haereo:

Βάλλει τοι, Πολύφαμε, τὸ ποίμνιον ἁΓαλάτεια
μάλοισιν, δυσέρωτα τὸν αἰπόλον ἄνδρα
ΚΑΛΕΤΣΑ,

καὶ τὴν ἐποθόρηθα — —

Quo sensu hoc loco δυσέρως dictum sit, jam ab aliis disputatum est. *Heinsius* quidem, cujus multa sunt in hunc poëtam egregie animadversa, praeclare monuit, τὸν δυσέρωτα a *Theocrito* semper eo sensu adhiberi, ut *misere amantem* significet. *Brunckius*, in hac voce explicanda *Heinsii* sequutus judicium, cum intelligeret, subabsurdum esse, Polyphemum a Galatea, quae illum ludibrio habebat, *perdite amantem* vocari, ad argutias confugit. Aliam quidem viam insistere licet; ut cum fuerit dicendum — καλεῦσα σέ, te nomine appellans; pro σὲ Daphnis ex sua persona — δυσέρωτα τὸν αἰπόλον ἄνδρα dixerit. Verum nescio quomodo displicet, Galateam, malis gregem petentem, Polyphemum, alta vo-

caste

casse voce. Quod si haec pastoris ad Cyclopem verba

— δυσέρωτα τὸν αἰπόλον ἄνδρα καλεῖσα
comparamus cum Cyclopis responso

εἶδον, γὰρ τὸν Πᾶνα, τὸ ποίμνιον ἀνίη' ἔβαλλε
καὶ μ' ἔλαθ'. —

facile in eam sententiam delabimur, ut censeamus, genuinam lectionem esse

— δυσέρωτα τὸν αἰπόλον ἄνδρα ΛΑΘΕΥΣΑ.
Quid agis, Polypheme? Daphnis ait. Galatea, cuius amore peris, malis tuas oves petit; te tamen, misere amantem, latet, nec animadvertis eam, nescio cui carmini intentus, quod ad fistulam canis. Ad quae Polyphemus: Falleris, si Galateam me latuisse putas; vidi eam, nae vidi, cum gregem pomis peteret; sed me nihil videre simulo, ut illam dicissim excruciem. — In sequentibus versus est

ab aliis quoque in similibus adhibitus — καὶ Φεύγεις Φιλέοντα καὶ ἔ Φιλέοντα διώκεις, quem ad verbum fecit suum *Macedonius* Anal. V. P. T. III. p. 114. XIII. imitando expressit de Nicaea agens *Nonnus* in *Dionysi*, XV. 297. Κτείνεις γὰρ ποθέοντα καὶ ἔ γαμέοντα δίωκεις. — Quae hunc versum praecedunt

ἀ δὲ καὶ αὐτόθε ποε διαφρύπτεται, ὡς ἀπ' ἀκάνθας
καπυραὶ χαίται, τὸ καλὸν θέρους ἀνίη
Φρύττει πο...

nuper-

nuperrime attigit Vir incomparabilis, cui *Nicandri* debemus *Alexipharmaca* emendata et explanata, ad v. 126. hujus carminis:

ἄλλη δέ Φιν ἤθεα Φωτός

"Αψυχος πεδάει· ὁ δ' ἀελπέα δάμναται ἄταις·

οἷά τε δὴ γήρεια νέον τεθρυμμένα πάππε

ἤέρ' ἐπιπλάζοντα διαψαίρεισιν ἀέλλαις

quae Scholiaſtes breviter explicavit ſic: ἔτω φέρεται αὐτῶν ἡ γνώμη, ὡς ἀκάνθης ἄνθος. Eſt itaque in hac comparatione levitatis et inconſtantiae ſignificatio; quod vitium mulieribus exprobrat *Terentius* in *Eunuch.* IV. 7. 43. *nolunt ubi velis; ubi nolis cupiunt ultro.* et ante eum *Naevius*, quod oſtendit *Valck.* ad *Adon.* p. 301. 13. *quaſi dedita opera quae ego volo ea tu non viſ; quae ego nolo, ea cupis.* ap. *Charis.* II. p. 177. Praeclare huc facit *Heſych.* in Πάππος. ἀκάνθης ἄνθημα. ἐπὶ γηράσῃ καὶ ἀποξηρανθῆ, καὶ ὑπὸ ἀνέμων ἐκρίπιζεται, καὶ τόπον ἐκ τόπου μεταβάλλει. quam gloſſam *Brunckius* animadvertit pertinere ad *Sophoclis* ſenarium, a *Plutarcho* ſervatum T. II. p. 1100. ubi, *Epicurus*, inquit, nunquam hominibus perſuaſerit — ὡς ἐκ ἂν ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων κροτηθεῖς ἐξεμάνη καὶ ἀνωλόλυξεν, μάλλον δὲ ὅτι ὑπὸ χαρᾶς ἤρθη, κατὰ τὸν *Σοφοκλέα*· *Γραίας* ἀκάνθης πάππος ὡς φυſώμενος. Ceterum *Valckenarius* *Theocriti* locum ſic vertit: *Illa vero ſponte ſua delicias faciendo, tecum contendit.*

dit. dubito an recte. Sunt quidem verba, quibus praepositio *διὰ* certandi vim adjiciat, et in his fortasse verbum *διαθρύπτεσθαι*; nusquam tamen hac significatione a Theocrito adhibitum, qui eo binis praeterea locis utitur. Conf. *Eid.* III. 36. et XV. 99. — In *Eidyllio septimo*, cui quasi principatum quendam inter Theocriti carmina tribuunt, nonnihil difficultatis mihi animadvertisse videor in vs. 119—125. Simichidas, cujus hoc carmen est, Amores invocaverat, ut Philinum, asperum puerum, Arati delicias, felis peterent, usque dum victas manus Arato traderet — ἐπεὶ τὸν ξεῖνον ὁ δύσμορος ἐκ ἐλεῖ μευ. *Nulla enim crudelis puer misericordia tangitur.* At non est quod superbiat, cum jam *πυρὸ* fit mollior — καὶ δὴ μὲν ἀπίστο πεπαιότερος: ut mulieres etiam, *ehēu, Philine*, dicant, *evanescit color floresque pulcritudinis tuae decidunt.* Sic mihi haec explicanda videntur; in qua interpretatione ceteros *Theocriti* interpretes assentientes habeo, praeter *Reiskium*, qui in diversa abit. Quae sequuntur amatorum sunt verba, qui puero jam exolescenti solitudinem minantur:

Μηκέτι τοι Φρερέωμες ἐπὶ προθύροισιν, Ἄρατε,
μηδὲ πόδας τρίβωμες· ὁ δ' ὄρθριος ἄλλον ἀλέκτωρ
κοικύσδων νάρκαισιν ἀνηρῆσι διδοίη.

Haec verba cur ad *Aratum* dirigantur, causam idoneam non video. *Philini* enim sunt limina,

quae

quae nemo jam premet; Philini domus, quam amantes non amplius observabunt. Haec cogitanti conjectura mihi sese obtulit, qua, ni fallor, difficultas tollitur, et orationis gravitas augetur:

μηκέτι τοι Φρερέωμες ἐπὶ προθύροις, ἀνέραστε,
μηδὲ πόδας τρίβωμες. — —

Philinus ἀπηνῆς ἔφληβος καὶ ἀνέραστος. ab amore alienus. Sic enim proprie appellatur — ὅστις ἐκ ἐλεῖ τὸν ἐραστήν. *Moschus* Eid, VI. 7. ταῦτα λέγω πᾶσιν τὰ διδάγματα τοῖς ἀνεράστοις Στέργετε τὰς Φιλέοντας, ἵν' ἦν Φιλέητε Φιλῆσθε. *Bion.* IV. 3. de *Mufis* κῆν μὲν ἄρα ψυχάν τις ἔχων ἀνέραστον ὀπηδῆ Τῆνον ὑπεκφεύγοντι. Vide *Interpp.* ad *Thom. Mag.* V. ἀνέραστος, p. 69. Quum tamen sequatur apud *Noftrum*

εἷς δ' ἐπὶ τᾶσδε, Φέριστε, Μόλων ἄγχοιτο
παλαίστρας

vereor, ne nimis audacter facere videar, si in hoc quoque versu corruptelam suspicatus, conjecturam tentaverim — εἷς ἐπὶ τᾶσδε, Φιλῆνε, Μόλων ἄγχοιτο παλαίστρας. Neque profecto opus est, ad hanc medicinam confugere. *Ironiae* enim inservire τὸ ὦ ἀγαθὲ, ὦ Φέριστε, et alia ejusmodi, ex plurimis exemplis satis constat.

In *Eid.* X. memorabile extat carmen, quod *Milon* ad *Lytiersam* auctorem refert, eum quem, post plurima scelestae facta, *Hercules* interfecisse narratur. Erat de eo fabula *Sofithei* *Comici*, de qua, ut

de toto genere Comico-Satyrico, eruditus viris olim penitus ignoto, egregia est, exquisitae doctrinae et acuminis plena disputatio *Eichstädi*, quem inter praestantissima harum literarum lumina aliquando numeratum iri auguror. Ex illa *Sofithe*i fabula insignem locum servavit Scholiae *Theocriti* a *Casaubono* editus in Lectt. p. 104. ed. Reisk. quem vehementer depravatum passim emendare conati sunt *Dalecampius*, *Arnaldus*, *Sanctamandus*, *Heerenius*, *Lenzius*, et qui de eo longe accuratissime egit, *Eichstädius*. Post quorum virorum curas doctissimas, nobis tamen quaedam animadvertenda videbantur relicta. Pastor, qui prologum agere videtur, *Lytier* sam *Midae* regis esse filium ait:

ἔτος δ' ἐκείνῃ παῖς περίπλαστος νόθος.

ubi *Tzetza* παράπλαστος exhibet. Quamcunque lectionem probaveris, illud *Eichstädio* concedas necesse est, voc. νόθος ex glossemate fluxisse, praecedenti vocabulo superaddito. Elegantem ejus conjecturam — περίπλαστος πατρὸς amplecterer, nisi etiam in περι vel παράπλαστος naevum haerere suspicarer, facili emendatione sic tollendum:

ἔτος δ' ἐκείνῃ παῖς πατρὸς, πλαστὸν γένος.

Iam vides ex compendio voc. πατρὸς corruptellam fluxisse, idque vocabulum vix aptiorem sedem in hoc senario occupare potuisse ea, quam nos ipsi assignavimus. Πλαστὸν γένος mihi quidem

dem ex Atticorum consuetudine videtur positum, ut in Eurip. Oreste 249. ἐπίσημον ἔτεκε Τυνδάρεως εἰς τὸν ψόγον Γένος θυγατέρων. Medea. 1261. Μάταν μόχθος ἔρξει τῶν τέκνων, καὶ μάταν γένος Φίλιον τέκες. Deinde accedo ad doctissimi interpretis sententiam v. 10. post v. 17. collocandum censentis, in ipsis verbis vero constituendis non nihil ab ejus lectionibus discedo. Quae enim sic vulgantur:

ἐπιστατῶν οἶδη α Μαιάνδρε ροαῖς
καρπευμάτων ἀρδευτὰ δαψιλῆι πόνῳ
ὄμπνης φερίζει.

sic emendaverim:

ἔπειτ' ἀγῶν' ἔθηκε, Μαιάνδρε ροαῖς
καρπεύματ' εὔ ἀρδευτὰ, δαψιλῆι πόνῳ,
ὄμπνης φερίζειν.

Tum laborem imposuit hospiti frugum, quas Maeandri undae irrigantes nutriunt, assidua contentione demetendarum. ut sit ὄμπνης, καρπεύματα ἀρδευτὰ ροαῖς Μαιάνδρε. quae ubi sic explicantur, ut feci, lectionem καρπεύματα servari posse existimo. Novissimorum verborum emendationem δαψιλῆι πόνῳ ὄμπνης φερίζειν Eichstädi acumini debere, minime dissimulandum est. Denique v. 19. corrigo:

τὸν ξένον δὲ δράγματι
αὐτῷ λυγίσας κρατὸς ὀρφανὸν φέρει.
pro eo quod vulgatur: αὐτῷ κυλίσας.

A digressionē ad *Theocritum* revertor, in cuius Eid. XII. locus est impeditus inde a versu 12.

Δοιῶ δὴ τινε τῶδε μετ' ἀμφοτέροισι γενέσθην
 Φῶθ'· ὁ μὲν ἦν εἰσπνηλος, Φαίη χ' ὦ μυκλαίζων,
 τὸν δ' ἕτερον πάλιν, ὡς κεν ὁ Θεσσαλὸς
 εἴποι, αἴταν.

in quorum primo non immerito suspectum erat *Reiskio* voc. τῶδε quod in τῶδε (ἐνταῦθα) mutandum existimabat; facili quidem conjectura, sed parum, si quid video, fructuosa. Admoverunt Interpp. locum *Homeri* Od. Δ. 26. ξείνω δὴ τινε τῶδε, quem fortasse ante oculos habuit auctor hujus Eidyllii, negligenter scripti. Deinde, quid πάλιν sibi velit in proximis, et quo tandem modo verba τὸν ἕτερον ὡς κεν ὁ Θεσσαλὸς εἴποι αἴταν jungenda sint, equidem non satis video. In hoc saltem versu insigne mendum haerere, quovis pignore contenderim. Videant alii an recte et probabiliter emendaverim

Δοιῶ δὴ τιν' ἐρῶντε μετ' ἀμφοτέροισι γενέσθην,
 Φῶθ'· ὁ μὲν ἦν εἰσπνηλος Φαίη χ' ὦ μυκλαίζων,
 τὸν δ' ἐρατὸν παιδίσκον ὁ Θεσσαλὸς εἴποι αἴταν.

quod perspicuum est et elegans. Corruptelae autem origo sponte in oculos incurrit. In proximis amplector conjecturam *Wassenbergii* — ἦ ῥά ποτ' ἦσαν χρύσειοι οἱ πάλαι, ἄνδρες.

In sequenti Eidyllio v. 22. Argo commentatur his verbis:

ἄτις Κυανεῶν ἐχ' ἠΐατο συνδρομάδων ναῦς,
 ἀλλὰ διεξάιξε βαθὺν δ' εἰσέδραμε Φᾶσιν,
 Αἰετὸς ὡς μέγα λαῖτμα, ἀφ' ᾧ τότε χοιράδες
 ἔσταν.

qui vulgatam scripturam, a *Reiskio* sine successu tentatam, tuentur, et μέγα λαῖτμα de Phasidis in mare provoluti undis accipiunt, haud tamen, puto, infitias ibunt, narrationem parum esse perspicuam, neque ordini rerum satis accommodatam. Primum poeta navem Symplegadas transmittentem ostendit; tum eandem Ponto Euxino superato ad Phasidis ora perducit; tandem ab ipso itineris termino ad Symplegadas scopulos redit, eosque ab eo inde tempore, quo ab Argonautis superati fuerint, radicibus suis innixos stetisse docet. Deinde, quamvis verba μέγα λαῖτμα de Phaside, ad magni maris similitudinem in pontum erumpente, dici posse non prae fracte negaverim, minime tamen absurde eadem de ipso ponto explicari posse existimo; ut ap. *Apollon. Rhod. IV. 979* καὶ μὲν τὰς παρήμειβον ἐπ' ἡματι νυκτὶ δ' εὐύση Πείρον ἄλος μέγα λαῖτμα κεχαρμένοι. Nihil certe obscuritatis habitura esset poetae nostri oratio, his versibus minima verborum transpositione ita constitutis:

ἄτις

ἄτις Κυανῶν εἶχ' ἤφατο συνδρομάδων ναῦς,
 ἀλλὰ διεξίξε (ἀφ' ᾧ τότε χοιράδες ἔσταν)
 αἰετός ὧς, μέγα λαῖτμα, βαθὺν δ' εἰσέδραμε
 Φᾶσιν.

Eam Eidyllii nostri partem, in qua Hylae a Nymphis raptus describitur, diligenter cum *Propertio*, qui multa inde expressit, contulit *Huschke*, V. cl. in Epistola ad *Santenium*, elegantissime scripta, V. 48. vulgatae editiones sic exhibent:

πασάων γὰρ ἔρωσ ἀπαλαῖς φρένας ἀμφεκάλυψεν.
 quam lectionem, etsi per se satis bonam, cedere iussit *Valckenarius* elegantiori cod. Toletani — ἀμφεδόνησεν. Verbum *δοῦναι* prima, quod sciam, *Sappho* ad amoris affectum, mentem mire agitantem, transtulit. fr. X. ap. Br. ἔρωσ δ' αὐτῆ μὲ ὀ λυσιμελής δοῦναι. in *Schol. Theocrit.* II. 34. τὴν ψυχὴν αὐτῆ δοῦναι. *Bion.* V. 5. ἦν δὲ νόον τις ἔρωτι δοναύμενος ἀδὺ μελίσσῃ. *Agathias* XXIV. πάντων δ' ἐκδεδονητο θοαὶ φρένες. καὶ τις ἡμέων ἦεν, ὅς ἐ Βάκχῳ δάμνατο καὶ Παφίῃ. *Nonnus Dion.* XVI. 13. Διόνυσος — Ἡδυμανεῖ πυρόεντι νόον δεδόνητο βελέμνω. XV. 220, καὶ δολοεῖς ἐρέθειζεν ἔρωσ ποθέοντα νομῆα Οἴστρω λαβροτέρῳ δεδονημένον. Haec sufficere possunt ad firmandam lectionem a *Valckenaria* in textum invectam. Quum tamen alius codex exhibeat ἐξεφόβησεν, facile in eam suspicionem delabaris, veram et antiquam scripturam fuisse

— ἐξεσόβησεν.

eui simile est hoc apud *Apollonium* l. 1232. τῆς δὲ Φρένας ἐπτοίησεν Κύπρις. *Paulus. Silent. Epigr.* XXXIV. ἐκχυτος ἐκ στέρνων ἐξεσόβησε νόον. Quod verbum haud scio an restituendum sit nostro *Eid.* II. 136. ubi vulgo legitur: σὺν δὲ κακαῖς μα-
 νίας καὶ παρθένον ἐκ θαλάμοιο καὶ νόμφαν ἐφό-
 βησ'. Legerim: ἐσόβησ'. *Gravi aestu Amor puel-
 lam novamque nuptam excitat, urget, ut mariti
 toro relicto ad amantem properet. Antipater Sidon.
 Epigr. XXVII. ἐκ ποτέ τις Φρικτοῖο θεᾶς σεσοβη-
 μένος οἴστρω.*

In *Eidyllio decimo quarto* Aeschines irae et ze-
 lotypiae abreptus impotentia, Cyniscam, quam
 Lyci cujusdam amore flagrantem audiverat, pro-
 ptere abeuntem his verbis prosequitur:

ἔμὸν κακὸν ἔ τοι ἀρέσσω;

ἄλλος τοι γλυκίων ὑποκόλπιος· ἄλλον ἰοῖσα

θάλπε φίλον· τήνω τὰ σὰ δάκρυα μᾶλα ῥέοντι.

Lectionem μᾶλα, quam *Reiskius*, nulla metri
 habita cura in μάλα temere mutavit, ita tuetur
Toupius, ut omnia grata et jucunda malis com-
 parari dicat. Recte hoc quidem. At vix puta-
 verim, Aeschinem his verbis Cyniscaae blandiri
 pulchrasque ejus lacrymas laudare voluisse. *Mus-
 gravius* μαχλά suspicatus, libidinosas nobis et
 protevvas elicuit lacrymas. Μαχλά δάκρυα etiam
 per humidas lacrymas haud incommode explica-
 veris,

veris, *Eustathii* auctoritatem secutus, cuius haec sunt verba ad *Il.* λ, 758. 41. ἔτω δὲ καὶ Λίσχυλε μάχλον Φασιν ἄμπελον, εἰποντος τὴν ῥεομένην· ἢ κωμωδιᾷ μάχλον εἶπε τὸν ἀπὸ καταΦερείας διυγρόν. Verum vide an *Theocritus* dederit:

τὴνὼ τὰ σα δάκρυα, μάχλε, ῥέοντι.

Hoc certe hominis, qui loquitur, ingenio dignum ejusque irae conveniens. μάχλος de mulieribus usurpari, exemplis planum faciam. *Helich.* οἰφολίς, γυνὴ καταΦερείς, μάχλος, πασχητιῶσα. *Pollux* VII. 203. καὶ Φορβάδας ἂν ταῖς πόρνας λέγοις, ὡσπερ καὶ μάχλες. — *M. Argentarius* *Epigr.* T. II. p. 529. ἢ σοι τοῦνομα τερπνὸν ἀφ' Ἡρακλῆος ἐχέσῃ, μάχλε, Φιλῆιν ἤβην κέρριται ἠϊθέων. quod explicatum et emendatum dabo in *Anthologiae* commentario, quem nunc cum maxime paro. *Aeschrio.* T. I. p. 189. Philaenis, ἐκ ἦν, inquit, ἐς ἄνδρας μάχλος ἐδὲ δημῶδης. *Lycambis* filiae ap. *Dioscorid.* XXIII. εἰ δ' ἡμεν μάχλοι καὶ ἀτάθαλοι, ἐκ ἂν ἐκεῖνος ἤθελεν ἐξ ἡμέων γνήσια τέκνα τεκεῖν.

In fine *Eidyllii decimi septimi* depravatus est versus multisque doctorum virorum conjecturis vexatus, ubi ad *Ptolemaeum* conversus poeta χαῖρ' ὦναξ, inquit,

σέθεν δ' ἐγὼ ἴσα καὶ ἄλλων

μνάσομαι ἡμιθέων· δοκέω δ' ἔπος ἐκ ἀπόβλητον
Φθέγξομαι ἐπσομένοις· ἀρετὰν γε μὲν ἐκ Διὸς ἔξοις.

Sic

Sic postrema haec verba exhibent editt. *Valckenarii* et *Brunckii*, cum in reliquis legatur — ἀρετάν γε μὲν ἐκ Διὸς αἰτεῦ. Poëtae manum suam sic esse restitutam, equidem haud sponderim. Quum enim auctor hujus carminis, quicumque is fuerit, Ptolemaei laudibus duraturam apud posteros gloriam augeretur, vix consentaneum videri potest, eundem de illis laudibus, tanquam de re adhuc speranda et a Iove precibus impetranda loqui. Mihi placerent haec sic scripta:

ἀρετάν γε μὲν ἐκ Διὸς ἀσκήεις.

Virtutem a Jove habes; gloriam virtutis tibi conciliabunt carmina. Hic sensus loci. Iam vides, quomodo ex ἀσκήεις fieri potuerit ἐξοίς et αἰτεῦ. *Carcinus* ap. *Stobae.* Serm. Cl. p. 549. Gesn. ἀσκήϊν μὲν ἀρετὴν, εὐτυχεῖν δ' αἰτεῖν Διός. quae sententia comparanda pulcherrimo *Horatii* loco *Epist.* I. 18. III. *Sed satis est orare Jovem, quae ponit et aufert: Det vitam, det opes, aequum mihi animum ipse parabo.* *Eurip.* *Bacchae.* 476. ἀσέβειαν ἀσκήϊν. 641. ἀσκήϊν σώφρον' εὐοργησίαν. *Sophocl.* *Trachin.* 388. ἀσκήϊν κακὰ.

In *Eidyllio vigesimo* cum alia sunt, quae medicam implorent manum, tum imprimis ultimi carminis versus, ubi pastor a meretrice urbana contemptim habitus, Deorum Dearumque, qui pastores deperierint, recensu facto, stolidae super-

perbiae puellam arguit, quae vel supra Deos
spirare audeat.

Εὐνία δὲ μόνα τὸν βωκόλον ἐκ ἐφίλασεν,
Ἄ Κυβέλας κρέσσων, καὶ Κύπριδος, ἄτε
Σελάνας.

μηκέτι μηδὲ σὺ, Κύπρι, τὸν ἀδέα μήτε
κατ' ἄστῳ,

μήτ' ἐκ ὄρει Φιλέοις, μώνη δ' ἀνὰ νυκτὰ
καθεύδοις.

novissimorum verborum sensum praeclare vidit
Casaubonus p. 132. haec scribens: *Κύπρις hic est*
Εὐνία; quasi diceret, tu quae altera tibi *Venus*
videris. quem sensum *Theocriti* verbis tribuen-
dum esse, ex contextu apparet, ex verbis non
item. Meretriculam urbanam sic nude a pastore
nostro *Venerem* fuisse appellatam, mihi quidem
parum probabile videtur, neque τὸν ἀδέα alibi
sic positum legere memini. Vocibus, quas libra-
riorum oscitantia distractas dedit, conjunctis
emendaverim:

μηκέτι μηδὲ σὺ Κυπρογενὲς νέα, ἄτε κατ' ἄστῳ
ἄτ' ἐν ὄρει Φιλέοις.

multa hujus generis apud veteres tum poetas,
tum pedestris sermonis scriptores reperiuntur,
quorum nonnulla collegit *Ruhnkenius* ad haec
Velleji verba: cum ante novum se *Liberum* patrem
appellari jussisset. II. 82. p. 344. sqq. et *Cuperus*
in *App. Apoth. Homer.* p. 285. Adde *Appulej.*
Metam.

Metam. IV. p. 314. *cum novam me venerem ore
consono nuncuparent.* Meleager Epigr. VIII. ἀλλὰ
νέοι στέργοιτε νέον Πόθον. Musaeus v. 68. Κύπρι-
δος ἀρήτεια νέη ἀνεφάνετο Κύπρις.

Nihil fere in toto Theocrito corruptius et de-
pravatius eo Eidyllio, quo docere studuit poëta
*paupertatem omnes artes perdocere, ubi quem atti-
gerit.* (Plautus Stich. I. III, 24.) Quaedam ejus
loca explicare et corrigere conabor. V. 32. alter
piscatorum, qui memorabile, ut ipsi videbatur, som-
nium per quietem viderat, idque socio laborum
suorum interpretandum proponit, plurimum ti-
bi est acuminis, ait,

ἔ γὰρ νικαξῆ κατὰ τὸν νόον ἔτος ἄριστος
ἔστιν ὄνειροκρίτας ὁ διδάσκαλός ἐστι παρ' ᾧ νῆς.

in quibus poëta respexit versum Euripidis a Plu-
tarcho servatum T. II. p. 768. μάντις γ' ἄριστος
ὅστις εἰκάζει καλῶς. a Cicerone conversum. de
Divin. II. 5. *Est quidam graecus vulgaris in hanc
sententiam versus: Bene qui conjiciet vatem hunc
perhibebo optimum.* In Theocriti loco copulam
desidero, qua interposita abruptae sententiae me-
lius coëant. Fortasse sic:

ἔστι δ' ἄριστος

ἔτος ὄνειροκρίτας —

Iam ipsum somnium narratur. Piscem sibi ca-
pere visus fuerat piscator noster — καὶ γὰρ ἐν
ὑπνοῖς Πᾶσα κύων ἄρτως μαντεύεται ἰχθύα κηγών.

Simi-

KXVIII

Similis est locus ap. Petronium c. 104. ubi de somniis agens Venator, inquit, saltus canibus quatit: eripit undis aut premit eversum periturus navita puppim. Scribit amatori meretrix; dat adu-tera munus: et canis in somnis leporis vestigia la-erat. Eustath. de Amor. Ism. et Ism. X. p. 434. ὡς περ γὰρ νῆς πεινῶντος ἄρτον φαντάζεται καὶ ὕδαρ ὄνειροι τῷ διψῶντι. Theocritus vellem po-
tuisset aliquid, quod canum naturae magis esset proprium et peculiare quam ἄρτος μαντεύεσθαι. neque tamen hos versus corruptos dicere neque meas conjecturas promere audeam. Levia sunt haec; sed grave vulnus librarii inflixerunt loco, quem adscribam;

τῷ χέρε τεινόμενος περὶ κνώδαλον εὖρον ἀγῶνα,
πῶς μὲν ἔλω μέγαν ἰχθύν ἐφαιροτέροισι
σιδάροις.

εἶθ' ὑπομιμνάσκων τῷ τραύματος, ἄρ' ἐμὲ
νύξεις;

καὶ νύξη χαλεπῶς καὶ ἐφεύγοντος ἔτεινα

Ἦγύσ' ἰδὼν τὸν ἄεθλον ἀνείλκυσα χρύσειον
ἰχθύν.

Excutiamus sententiam. Piscator cum gran-
dem piscem ferro inhaerere intelligeret, consilii
inops, quo modo tam grave onus debilis ferri
ope in terram traheret, ignorabat. Tum vul-
neris, nescio cuius, memor, ne ipsum piscis
mordeat, timet; tandem, nescio quomodo, dif-
ficul-

facultatem superat, et piscem in terram trahit. An hoc narrare est? Dicendum erat inprimis et explicandum, qua ratione factum sit, ut tam parvo ferro captus piscis praegrans funem non abruperit atque aufugerit. Deinde quae de vulnere quodam significantur, nullo modo possunt intelligi. Denique *νύσσειν* hoc loco neque *pun- gere* neque *mondere* significare potest, quorum quidem neutrum a pisce hamo inhaerente timeri poterat; sed, si genuina est lectio, *verberandi* vim habere debet. Quae cum ita sint, hunc locum paulo diversa ratione, quam usque ad hunc diem factum vidi, corrigendum existimavi. Scripserim equidem:

εἶθ' ὑπομιμνάσκων τῷ πείσματος· ἄρ' ἐμ' ἀλύξεις;
καὶ λύξεις χαλεπῶς· χεῖρα δ' ἐφεύγοντος ἔτεινα·
ἦνυσ' ἔλων τὸν ἀέθλον· ἀνείλκυσα χρύσειον ἰχθύνα.

